

πειποίνοις seu redemptoria acquisitio Ecclesiae nec DEO soli,
nec sanguini (& consequenter assumptæ humanæ naturæ) soli
attribuitur, sed DEo per sanguinem operanti & sanguini ex DEo
fluentis. Qui DEi sanguis, utpote infinitæ virtutis, *causa meri-*
toriae est nostræ Redemptionis, non *instrumentalis*, ut minus or-
thodoxè loquitur D. Hornejus in Literis ad B. D. Wilb. Lyserum
anno 1640. d. 21. Decembris datis.

§. 2. Uti verò in omni vero Redemptore inter alia tria re-
quirantur, ut scil. habeat I. *Jus & potestatem*, res divenditas
vel etiam persona venditas aut captivas soluto pretio aliorum
jurisdictioni eximendi & vel sibi vel proximo afferendi. Quod
jus redempturæ duplex est, *proprietatis & propinquitatis*. Jure
proprietas potest licet Dominus redimere servum, Rex & Prin-
ceps Ministros vel Populum suum: Jure propinquitatis recte re-
dimit Pater filium, frater fratrem, cognatus cognatum, &c. Pro-
pinquitas iterum gemina est, *sanguinis* una, de quâ jam dictum,
religionis altera. Hinc in Canonibus habetur; ad Ecclesiam fi-
delium pertinere, ut fideles captivos etiam divenditis vasis sa-
crist, argenteis vel anteis, de manu hostium redimat. II. ut
habeat vires & facultatem, & III. voluntatem venditum aut ca-
ptum vel suæ potestati vindicare, vel in libertatem afferere. Ita
eadem in nostro Redemptore, Christo Jesu occurunt; Et qui-
dem I. *jus & potestas*. Habet in nos *jus proprietatis*, ut verus
Deus & omnium Dominus; *jus propinquitatis*, ut verus homo,
λαζαρός noster & consanguineus Job. XIX. 25. os de offibus no-
stris, cato de carne nostrâ, adeoque non solum jure proprietatis
sed & consanguinitatis & propinquitatis nos redemit. II. *vires*
& *facultas*, quia Immanuel est, *Ιησάρθρωπος*, Deus & homo,
per utramque naturam opus redemptionis perficiens. Manet
enim quod cecinit Hieropsaltes, à fratre, qui *Ἰάλος ἀνθρώπος*
fratrem non redimi Psalm. XLIX. 8. 9. III. *voluntas*; Eò enim
adiebant Salutis humanæ cupidissimum Salvatorem *αὐλαίγχυτον*
ελέγχον, *viscera miserationis* Lue. I. 78. *πλλὴν αὐτὸν* Eph. II. 4.
ut fratrem, cui impossibile erat non compati vincis in lacu fra-
tribus, Zach. IX. II. *ut DEum*, qui ipsa bonitas, charitas & mi-
sericordia.

§. 3.